

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Professor, Ad Solemnia Funebria ... Anna Stechowen/ A Viduo Maestissimo Dn. Hinrico Scuckmanno ICto & Antecessore huius Academiae ... Hodie ... sacris paranda. Omnes & singulos omnium ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1635


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467511X>


Druck Freier  Zugang



Schütze, N.,
in
A. Stechow,
uxor. H. Schuckmann.
Rostock. 1635.

36.





PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Academiae Rostochiensis

NICOLAUS Schüze/ J. U. D.

& Professor.

Ad Solemnia Funebria

Matronae Honestissimae & Primariae

ANNAE STEPHANAE

A Viduo Mestissimo

DN. HINRICO SCUCKMANNO

Jcto & Antecessore hujus Academiae

celeberrimo Consultarioq; Megapolitano meri-
tissimo, Collega & amico nostro perpe-
tim amando

Hodie ad medium prima in Aedibus D.

Jacobo sacris paranda.

Omnes & singulos omnium
hujus Academiae Civis Academicos para-
mice invitatur.



ROSTOCHI,

Literis JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXV.



RECTOR
Academiae Rostochiensis
NICOLAUS Schuße / J. U. D.
& Professor.

Rima generis humani proseminatrice
Eva, cum Divinam in horto Paradyfiaco legem
transluisse deprehenderetur, ad tribunal
Divinum venire iussa tristem hancce ex ore su-
premi Judicis sententiã tremebunda reportavit,
Multiplicabo arumnas tuas cum ex Viro conceperis & in dolore
paries liberos tuos. Efficacem proh dolor! pronunciati istiusmodi o-
perationem à primò confestim in hodiernum usq; diem adeo exper-
tus est sexus Muliebris, ut pariendi tempore ingruenta non cum
acerbissimis duntaxat, priusquam fœtum eniti possit, partus do-
loribus confluctari cogatur, sed & de vitâ insuper ipsâ, quæ cum
vitâ infantis in filo, ut fandi mos est serico hæret, periclite-
tur. Peregrinæ Ariadnæ, quam non editò partu extremum
efflasse halitum Plutarchus; aut Eudoxiæ Arcadij Impera-
toris conjugis, quam ob partus cruciatus fœtu in utero marce-
scente exanimatam cecidisse Cuspinianus; vel Regillæ He-
rodi Sophistæ nuptæ, quam cum utero naturæ concessisse Coelius
memorant; aliarumve ex seculis præteritis in Historiarum Scri-
ptis confertim obvius exemplis id docere necesse haud habemus,
quippe

quippe cum per plures annos morris falcem nostro hōce, quod
cernimus, evo taliter reserata veritatem ejus abunde nobis incul-
caverint, & etiamnum continuè inculcare non desinant. Hoc ipso
namq; die humandum efferetur corpus Matronæ honestissimæ &
primariæ ANNE Stechowen/ quæ in amarissimâ pariter pa-
riendi luctâ cum renullo infantulo ex utero materno haud dum
egressa fato functa, suoq; recentis adhuc memoriæ casu eheu! subito
& inopino infortunatam illam sequioris sexus sortem (quæ quàm
acerba & difficilis sit haud dubiè mascula Imperatricis, se-
ter in acie stare malle quam semel parere dicentis, vox
detegit) experta est. *Nativitatis, Vita & Mortis Histo-
riam prædictæ Matronæ subsequentiâ exhibent.*

Nata est in hunc mundum eâ ipsa beatissima Matrona AN-
NA Stechowen/ Anno 1594, mense Septembri in hac urbe
Rostochiensi à piis & nunc iridem beatissimis parentibus, Patre
ALBERTO Stechowen/ viro integritate, probitate, & fide
sincerâ, Civem hujus urbis optimo & templi Petri præfecto me-
ritissimo; Matre AGNETA Pegels/ Matronâ pietate & o-
mnibus Christianis virtutibus femineum sexum condecorantibus,
admodum conspicua, cujus dilectissima Soror Margareta Pegels/
illi Ecclesiæ & Scholarum in totâ Europâ & aliis exteris regioni-
bus luminari eminentissimo Dno. D. Davidi Chytræo, p. m.
Theologo & Historico summo & Professore quondam in hac
Universitate vigilantissimo, nuprà erat: Avum paternum ha-
buit piè defuncta Gottschalckum Stechowen/ Civem hujus civi-
tatis primarium: Aviam paternam Matronam honestissimam
Ilseben Propfen/ quæ postea vidua cum Amplissimo & Pruden-
tissimo viro Dno. Bernhardo Pavols/ inchoyæ hujus Reipub. Con-
sule dignissimo, matrimonium secundum contraxit: Avum ma-
ternum, virum Clarissimum Dn. M. Conradum Pegelium, Illu-
strissimo Duci Megapolensi Dno. MAGNO p. m. ab informatio-

no & consiliis multis annis fidelissimum, Professore Academiæ
hujus celeberrimum, ex antiquissimâ & in urbe Wismaria ducen-
tos & longè ultrà annos (uti ex pervetustis monumentis constat)
florentissimâ Pegeliorum familiâ oriundum: Aviam maternam
Annam Volten | ex prosapia der Volten & Zancken | in prædi-
ctâ Urbe Wismaria similiter laudatissimâ progeneratam, Matro-
nam insignibus ornamentis muliebribus commendatissimam: E-
quibus piissimis & optimis majoribus beatè defuncta Matrona
progenita, per S. Baptistarum fontem Christo Redemptori suo ad-
sociata; Postea ut unica, ita suavissima filia, à teneris statim un-
guiculis in studio pietatis & negotiis œconomicis à charissimis
parentibus diligentissimè educata fuit. Pietatem istam, modestiam
& sedulitatem raram cum viduus mœstissimus Dn. HENRI-
CUS SCHUCKMANNUS J. U. D. Academiæ hujus
Professor, & Illustrissimi Principis Dn. JOHANNIS ALBER-
TI Ducis Megapolitani, &c. Consiliarius meritissimus, Collega &
Amicus noster honoratissimus, in piè defunctâ coruscantem animam
adverteret, Deo clementer & benignè ita providente eam sibi vi-
tæ sociam dari petiit, & Anno 1614, ætatis ipsius 20. impetravit.
In quo placido & tranquillo conjugio beatissima matrona, virtu-
tum omnium exemplar se probavit verè Christianam; Siquidem
in studio ac exercitio pietatis & charitatis exercit diligentissima,
& in seriâ & quotidianâ peccatorum agnitione & fiduciali eorun-
dem cum lachrymarum profusione apud Deum cœlestem pa-
trem deprecatione ardentissima; ergà exules & egenos beneficentis-
sima; castitati, humilitati, sanctimonie, modestie studiosissima;
omnibus amica, affabilis & humanissima; superbie, fastui, πολυ-
πραγμοσύνη inimicissima; Marito in curis, sollicitudine & diffi-
cultatibus suis œconomicis unicum ac certissimum hujus vitæ ful-
crum & solatium; maritali voluntati tam in adversis quàm secun-
dis ad nutum obsequentissima; in re familiari & domesticis laboribus

ribus impigra, & supra modum vigilantissima; socia crucis, dolorum & afflictionum patientissima, in melioris fortunæ aurâ animo minimè elato; in precibus, verâ in Christum fiduciâ, piâ & attentissimâ devotione usq; ad extremum halitum constantissima: Unde quoque divinam benedictionem experta est largissimam, & conjugium consecuta fecundissimum. Quippè à Deo clementissimo patre duodecim suavissimis tori pignorib. dotata fuit; Quorû primogenita in ipso partu, Deo itâ paternè disponente, extincta, duæ iridem filiola, ANNA & AGNETA, & duo filii DAVIDIS nomine insigniti in tenellâ ætate fati beatè concesserunt: reliqui quinq; filii HERMANNUS, ALBERTUS, HENRICUS, CONRADUS, JOHANNES, & unica filiola ANNA AGNETA, adhuc per Dei gratiam superstites cum amantissimo Patre hunc funestissimum & inopinatum casum acerbissimè lugent & deplorant: In quorum piâ educatione nunc beatissima Matrôna admodum sollicitè summam adhibuit operam, discretionem & prudentiam: Cum vero duodecimum partum felici successu se eluctaturam speraret, postquam paulò ante Dn. Marito & Liberis perquam dilectis ad se vocatis, divinam benedictionem & protectionem porrectâ datâq; manu animitûs apprecata, valedixisset, eheu nimîâ imbecillitate confecta & macerata, in mediis gravissimis partus doloribus & angoribus suam & dilecti fœtus in proprio prob! dolor, utero sepulti animulam gemitibus indefinentibus in manus Redemptoris & Salvatoris sui Jesu Christi resignavit, legem itâ divinam; sexui muliebri post lapsum Protoplastorum impositam, obsequenter se voluntati Dei subiciens, adimplevit, & in magnâ patientiâ, & firmissimè fidei, in Servatorem suum (cujus sanctissimo corpore & sanguine ante octiduum in publico Ecclesie cœtu refecta fuit) unicè defixæ perseverantiâ, nulla ferè tormenta mortis persentiscens, tanquam per dulcissimum somnum, qualem in
vite

vite sue currieulo à Deo sapissimè exoptaverat, inter preces & suspiria astantium honestissimarum Matronarum, horâ mediâ primâ postmeridianâ præteriti diei Sabbathi, qui fuit 21 mensis hujus Februarii, ubi annum ætatis ingressa esset quadragesimum primum, ac cum Dn. Viduo 20. & quod excurrit, annos mutuâ & sincerâ dilectione in matrimonio suavissimè transegisset, tam piè & placidè obdormivit, ut circumstantes veram & Christianam ejus magnanimitatè non sine lachrymis satis admirari potuerint: Atque ita piè defuncta ex valle miseriarum dolorum ac cruciatuum in sinum Abraha à sanctis Angelis translata, nunc de omnibus, quibus in hoc ruinoso corporis ergastulo agitata fuit, ærumnis & mundi hujus calamitatibus felicissimè triumphat, in choro caelestium Exercituum & Electorum immenso gaudio & ineffabili lætitiâ perfusa Deum à facie ad faciem contempletur, & sine intermissione Trishagium concinens eum perpetuò celebrat.

De Thracibus, Scythis, Cantabris, & Celtiberis Alexander Tibarenis Val. Flaccus & Liguribus Strabo adserunt, quod horundem Puerperæ partus doloribus adeo non moveantur, ut viris illarum loco decumbentibus famulentur & infantem non peperisse, sed invenisse videantur: Validas hæc corporis vires piè defuncta nostræ vere Christianæ & virtuosissimæ Matronæ animus exoptassemus; exoptassemus denatæ huic Matronæ, quod à Dn. Viduo & superstite liberis mæstissimis de eâ propalari potuisset Christi apud Johannem Evangelistam sermo; Salva Vxor & Mater amantissima infantulum peperit, nec propter ingens gaudium, quod homo in mundum natus est amplius pressuræ meminit. Ad Æ immutabilis fati invidia eluctari prohibita terrenum hocce gaudium haud consecuta sed ab intensissimis pariendi cruciatibus devicta & arboris fructifera cum surculo viridi procurrere sat agente radicitus evulsa instar extinctæ est. Luctum


vero

autem huncce in signem pio & patienti predictus Dn. Viduus ani-
mo feret & in Divina voluntatis adversa quaeq; nobis evenire
permittentis placito memor istius, quo seipsum Hiob consolatur
Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non
sustineamus adquiseret. De Basilio Amerbachio Basilien-
si J Cro Zvingerus narrat, quod, cum aliquot à partu mensibus
elapsis vita socia Asteria cum suo, quem curata erat filiolo uno eo-
demq; horae momento & paulo post Parens magnus ille Bonifa-
cius animam exhalasset, triplex hoc funus & vulnus tantae ani-
mi constantiae tulerit, ut nec dulcissima Conjugis amor, nec filioli
suavissimi desiderium, nec patris religiosissimi viri memoria illum
à Christiana gravitate ullo pacto dimovere potuerint. Idem,
quò se erigat pia patientiae fulcrum & consolationis Spiritum
J Cro nostro Dn. Viduo in iisdem ferme luctus terminis versan-
ti precari volumus: Quod si desideratissimam Vxorem defun-
ctam acerba calamitas temporalis in hac vita excepit, certe cogi-
tandum est, eam nequaquam cum futura sine fine duratura
gloria in nobis revelanda comparanda esse; si in terris hisce
cum lachrymis seminavit, in alterius seculi agro cum exultatio-
ne metet; Si cum Christo ad tempus passa est cum Eo in perpe-
tuum beatitudinis Coelestis particeps erit; si mortua est, in no-
tissimo die resuscitabitur; si marito in mortali hocce exilio à la-
tere divulsa & in cineres redacta est, indubitato cum eo in caele-
sti patria pelle propria circumdata rursus sociabitur; si cum Pau-
lo bonum, uti fecit, certamen certavit, & cursu consummato fi-
dem servavit, incorruptibili cum eomet aeterna gloria & justiti-
ae coronam exornabitur.

Quod superest, beatissimae hujus Matronae Exuvia solitam
funebrem curam Christianam exigunt. Ea cum hodiernis ho-
ris à medio primae pomeridianis solemniter procurabitur, omnes
& sin-

& singulos omnium ordinum Cives Academicos ut tempore &
loco jam manifestato frequentes concurrere, & honorifico comi-
tatu lugubri triste funus ad terræ dormitorium deducendo debi-
tam Christianam condolentiam Collegæ, Amico, & Præce-
ptori suo casu hocce gravissime afflictio declarare, acerbumq̃
exinde conceptum luctum eidem lenire non graventur, amice rogo
& cohortor. P. P. sub Sigillo Rectoratus Rostochij 25. Febrar.
ANNO M. DC. XXXV.







ribus impigra, & supra modum vigilantissimas fo-
rum & afflictionum patientissima, in melioris fu-
mo minimè elato; in precibus, verà in Christum fo-
tentissimâ devotione usq; ad extremum halitum
Unde quoque divinam benedictionem experta est
conjugium consecuta fecundissimum, Quippè à
patre duodecim suavissimis tibi pignorib; dotata
mogenita in ipso partu, Deo ità paternè dispone-
iridem filiole, ANNA & AGNETA, &
VIDIS nomine insigniti in tenellâ etate fati-
runt: reliqui quinq; filii HERMANNU-
TUS, HENRICUS, CONRADU-
NES, & unica filiola ANNA AGNE-
Dei gratiam superstites cum amantissimo Patre
num & inopinarum casum acerbissimè lugent &
quorum piâ educatione nunc beatissima Marro-
citè summam adhibuit operam, discretionem
Cum vero duodecim partum felici successu
speraret, postquam paulò ante Dn. Marito &
dilectis ad se vocatis, divinam benedictionem
porrectâ datâq; manu animitus apprecata, valea-
imbecillitate confecta & macerata, in mediis
doloribus & angoribus suam & dilecti fetus in-
lor, utero sepulti animulam gemitibus indefu-
Redemptoris & Salvatoris sui Jesu Christi, re-
divinam sexui muliebri post lapsum Protopla-
obsequenter se voluntati Dei subiciens, ad in-
patientia, & firmissimâ fidei, in Servatorem su-
simo corpore & sanguine ante octiduum in pul-
refecta fuit unice de fixa per se verantiâ, nulla
tis persentiscens, tanquam per dulcissimum son-



lo-
ni-
at-
i-
&
mo
ori-
due
A-
ffe-
R-
N-
per
ssi-
In
Colli-
z:
ram
uam
nem
imia
rtus
! do-
anus
n itâ
tam
agnâ
ntif-
cæte
mor-
n in
vite